Está conforme al expurgatorio de 1707.
Por comision del S.to Officio.
Fr. Thomas ...

INSCRIPTIONES SACROSANCTAE VETVSTATIS

NON ILLAE QVIDEM ROMANAE, SED TOTIVS FERE ORBIS SVMMO STVDIO AC MAXIMIS impenſis Terra Mariq; conquiſitæ feliciter incipiunt.

MAGNIFICO VIRO DOMINO RAYMVNDO FVGGERO INVICTISSIMORVM CAESARIS CAROLI QVINTI AC FERdinandi Romanorū Regis a Conſiliis, bonarū literarū Mecœnati incomparabili Petrus Apianus Mathematic9 Ingolſtadien. & Bartholomeus Amantius Poëta D.D.D.

INGOLSTADII IN AEDIBVS P. APIANI, ANNO M. D. XXXIIII.

ARMA MAGNIFICI AC IN CLYTI HEROIS RAYMVNDI FVGGERI AV guſtani Comitis, inuictiſſimorum Auguſti Caroli V. & Ferdinandi Romanorum Regis Conſiliarii, &c.

AD INSIGNIA MAGNIFICI HEROIS Fuggeri Barptholomei Amantii decaſtichon.

Turpe eſt cenſeri peregrina laude, nec eſſe
 Vel doctum, aut aliis prænituiſſe bonis.
Turpe etiam haud alio diſcrimine uincere, quàm quod
 Monſtrentur cæris atria plena tibi.
Nobilis eſt ſolus uirtute inſignis & arte,
 Virtus nobilibus clarior una uiris.
Hæc facit æqualem te ſummis regibus eſſe,
 Egregiis factis, omnimodiſq; bonis.
Nam te non toto uiuit uel ſanctior orbe,
 Vel melior miſeri ſpeſq; ſaluſq; gregis

LECTORI SALVTEM.

VT veterũ monumẽta nõ vbiq; integre cõſcripta legere poſsis, En damus nũc tibi Lector candidiſsime in ea interpretamenta, quæ partim ex probatiſsimis autoribus excerpta, partim etiã per nos adiuncta ſunt, nõ citra delectu, in quibus ſi quid temere aut parũ rebus cõueniens factum videbitur, memineris id quoq; alios pro voluntate feciſſe, ſed non diffidimus hanc noſtram ſedulitatem & laborem, quem in conquirendo inſumpſimus te boni æquiq; conſulturum. Vale.

ABBREVIATIONES VETVSTORVM MONVMENTORVM IN ORDINEM ALPHABETICVM DIGESTAE.

A A

A.	Aulus.
AVG.	Auguſtus vel Augur
AA.	Auguſta
AA.	Auguſtalis.
AVR.	Aurelius.
AG.	Agit
AC.	Actio
ACON.	Actionem
AM.	Amicus
AM. N.	Amicus noſter
AVC.	Auctoritas
A.	Aut vel Ager
AT.	Autem
AN.M.	Actionem mandat
AP.	Apud
APP.	Appellat
ACC.	Acceperat, Acceptat.
ADI.	Adiutor
ADI. P.	Adiutor puinciæ vel patriæ vel populi.
AD. L.	Ad locum
AD. F.	Ad finem.
AD.E.	Ad exactorem
AB. V. C.	Ab vrbe condita
A.A.A.F.F.	Aere argento auro, flando ferundo vel flauo feruntо.
AED.	Aedes
AD.E.	Adeſſe
A.L. E.	Arbitrium litis eſtimandæ
A.D.P.	Ante diem pridie.
A.A.L.M.	Apud agrum locum monumenti
A. P. R. C.	Anno poſt Romam conditam
AG.	Agrum

ANTIQVITATES EVROPAE.

LECTORI. S. D.

OCCVRRIT NOBIS COMMODVM MONVMENtum Gaditanũ, quod eximius vir Cyriacus Anconitanus repperit, qui non abſq; magnis moleſtiis longiſsimorum itinerum faciendorum quaſcunq; inſcriptiones vetuſtas, quoad licuit, deſcripſit, Neq; tamen ſuis impenſis hoc peregit, Sed Nicolaus Quintus Pontifex Maximus cum incredibili antiquitatis explorandæ ardore flagrans tum & bonorum librorum comparandorum deſiderio ſumptus ad hunc laborem conficiendum q̃ magnificentiſsime ſuppeditauit, tantæ tum curæ maximis etiam viris optimi authores & ſacroſancta vetuſtas fuit. Sed vt ad inſtitutum redeam, ſcribit Aelianus apud Gades Inſulam, quæ Græcis Gadera appellatur, plurima eſſe monumenta Græcorum & inprimis Athenienſiũ, qui ea loca adierunt, atq; inter reliqua duas eſſe Aras, alteram eſſe Anno, alteram Menſi, vt longiori & breuiori tempori dicatam. Præterea templum ſenectuti, quod maxime ætatem, vtpote magiſtram rerum venerentur. Sed & paupertati & fortunæ ſacra etiam conſtituere ſolitos ait, vt per hæc altera placetur, altera, i. fortuna paupertati remedium obueniat. Scribunt & alii Herculis Templum ibi votiſsimum fuiſſe, vbi & Annibal anteq̃ Alpes tranſcenderet, profectionem vouerit & Lucullus decimas rerũ ſuarũ dederit. Hæc te Lector ſcire volui, ne videremur rẽ tam ſacram illotis (vt aiunt) manibus aggredi, Dii noſtrũ hunc conatum fortunent, vt & illis ac hominibus approbantibus ad finem deducere liceat. Vale.

INSCRIPTIONES HISPANIAE.

Ad extremum orbis apud Gades per Kiriacum Anconitanum repertum.

D. M. S.

SI LVBET LEGITO.

HELIODORVS INSANVS CARTAGINENSIS AD EXTREMVM ORBIS SARCOPHAGO TESTAMENTO ME HIC IVSSI CON-

A

¶ In Muro horti iuxta Salzach Fluuium
Via qua itur ad Beatam Virginem
ad molendinas.

FRONTO COS.
SONIS FIL. AN.
NORVM LXXX.
BANONA* Auentinus legit* AGILI. F.
OBIT. AN. LXXXV.

¶ In Veſtibulo Eccleſiæ Beatæ Mariæ
Virginis ad Molendinas.

I. O. M.
VENVSTINVS
SVMM
SIGNVM
I. ARVB.
CVLTORIB.
CVM* Hæc Io. Auentinus annotauit* BASIDE

¶ Monumentũ in muro coquine Monialiũ exteriori in Nunberg.

IVL. HILAR
CON. Θ. A. XL.
T. CORNELIVS
MARCELLINVS
T. PATERNIA
FLORINA CON.
VIV. SIB. FEC.

¶ Ibidem.

HERCVLI AVG. N
PRVDENTIVS MAXIMINVS
VET. EX DEC. ALAE TAMI
V. S. L. L. M.

Diu mihi cogitanti, quæ nam hæc imago eſſet, tandem incidit eſſe Baccham Bacchi ſacrificulam, vel mimallonidem vnam, quarũ Ouidius meminit in i. De Arte amandi, Ecce Mimallonides ſparſis in terga capillis. Seruius in quartum Aeneidos annotauit etiam Volaterranus lib. xxxiii. Philologiæ, ipſarum orgia Trieterica Latine triennalia dicuntur, quæ a ſolis menſtruoſis celebrari ſolebant, incedebant crinibus paſſis, tũ etiam induebantur pellibus damarum quas Nebrides appellant. Acte furiis ibant, cum tibiis cymbalis & clamore maximo. Vnde & Mænades dictæ, id eſt inſanæ, vt eſt videre apud Statium libro ii Achilleidos, & apud Heſiodum in Theogonia. Animal quod dextra manu tenet, Galeus eſſe videtur colore vario cum aculeis denſis, ac ita venenatus, capitur in locis limoſis, cubitum nõ excedit. Hæc ego diuinans tantum ſcripſi, ſi quid certius habes, libens mea ſententia diſcedam.

Imago Laocoontis hæc eſſe Priami filii & Apollinis ſacerdotis, de quo Maro in ſecundo Aeneidos, Is cum haſta percuſſiſſet equũ Fatalem à fraudulentis Græcis confectũ, à duobus ſerpentibus cum duobus paruulis filiis comprehenſus, necatus & depaſtus, à Vergilio perhibetur, quamuis Euphorion diſſentit, referente Seruio De Simulachro, quod Titus Imperator in domo ſua habuit Romæ. Plinius ſcribit XXXVI. Hiſtoriæ Naturalis opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præponendum, ex vno lapide eum ac liberos draconumque mirabiles nexus, quod equidem de conſilii ſententia feciſſe conſtat ſummos artifices Argeandrum Polydorum & Athenodorum.



INGOLSTADII. M.D.XXXIII.